



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXXX. Asculana fideicommissi de Miglianis. An fideicommissum sit universale comprehendens etiam bona mobilia, & fructus maturatos seu collectos ac extantes de tempore mortis testatoris, Vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

licite admittitur impugnatio facti proprii auctoris, imò quandoque etiam facti proprii pro ipsis bonis vindicandis, cum obligatione tamen rescindi ex persona hæredis in totum, si est simpliciter & sine inventario, id quod interest, Vel si est beneficiarius, quantum vires hæreditariæ suppetunt, juxta ea quæ categoris relatis plene firmantur per Rotam in Bonon. fideicommissi de rubeis 30. Maj 1646. coram Corrado impress. decis. 367. par. 10. rec. & in pluribus alijs in eadem causa editis coram eodem, & coram Peutin-gerio, ac habetur infra in d. Torpien. dis. 161. & in alijs proximis; Illique ac similes sunt effectus resuktantes ex huiusmodi particularibus prohibitionibus vel dispositionibus, non autem quod exinde inferri possit ad fideicommissum particulare discretum ab alio universali in eisdem personis ut latius dis. precedenti, Atque ita sæpius pro veritate consultus respondit, præsertim in una Romana seu Burgi S. Sepulchri fideicommissi seu donus, & in alijs, quoniam videtur propositio omnino vera & recepta.

- Contrarium num. 9.
- 5 Limitatur conclusio, de qua num. 3.
- 6 De conjectura inducente limitationem.
- 7 Statilia non possunt latere.
- 8 Approbantur resolutiones.
- 9 Revertitur conclusio, de qua num. 4.
- 10 Ad quid teneatur debitor huiusmodi rerum, ad quale pretium teneatur, & in quo differat vir à debitore.
- 11 Quid in hærede gravato reperiente fructus & alia huiusmodi in hæreditate.
- 12 In frumento & alijs vitalibus inesse dicitur pretium sine conventionione.
- 13 Expenduntur conjectura pro limitatione, de qua numer. 5.
- 14 De mobilibus qua per hæredem gravatum restituenda sint necne.

D I S C. CXXX.

NVlla cadente controversia inter partes super fideicommissio, cum illud esset literale, sola quaestio orta est inter hæreditatem jacentem Tiburtij gravati, seu eius creditores, & Iosephum fideicommissarium An fideicommissum esset universale complexivum omnium bonorum, tam mobilium, quam stabilium, vel potius particulare ad sola stabilia, ad quæ restringeretur, seu ea quæ loco stabilium habentur, ut sunt census & loca montium, cujus quaestionis effectus non percutiebat mobilia usalia domus, quæ aliàs supelletilia dicimus, cum illa non essent magni momenti, atque intraret præsumpta consumptio spatii annorum 17. ut infra, sed percutiebat quandam notabilem quantitatem frumenti, aliorumque fructuum remanentium de tempore mortis testatoris; Et introducta causa in Rota coram Celso, illaque proposita sub die 16. Februarii 1660. prodijt resolutio pro fideicommissio universali omnium complexivo, confirmata 21. Februarii 1661. coram eodem, ut patet ex decisionibus desuper editis inter eius impressas decis. 308. & 344.

Dictarum resolutionem fundamentum fuit regula, de qua apud Alex. conf. 76. num. 1. & sequen. lib. 2. Bellon. un. conf. 36. numer. 92. & sequen. Menoch. lib. 4. præsumpt. 72. numer. 9. & communiter, quod substitutio regulanda est ab institutione, ac propterea quicquid in ista continetur, in illa subintelligendam est, ideoque cum institutio esset universalis omnium complexiva, talis iudicanda est substitutio, ut de restitutione mobilium supponitur tanquam absolutum in alegandis decisionibus agentibus de præsumpta consumptione mobilium, & quando dicta præsumptio intrat necne.

Ego & ceteri pro hæreditate scribentes, ut præmissum est, negligendo disputare de alijs mobilibus, quorum serè nullus erat effectus, ob præsumptam consumptionem spatii annorum 17., in quibus hæres gravatus ea possederat, atque restringendo defensionem ad triticum, aliasque fruges in hæreditate remanens de tempore mortis testatoris, duo deducebamus fundamenta, Primò quod cum triticum aliique fructus huiusmodi sint de rebus, quæ servando servari non possunt, neque durare præsumantur ultra triennium, idcirco certa erat consumptio, & consequenter non intrabat obligatio, quæ restricta videtur ad bona quæ extant, ut in sensu Bart. in l. cen- turio ff. de vulgari tenem. Paris. conf. 25. num. 7. & sequen. lib. 2. Decian. conf. 44. num. 84. lib. 3. Bardellon. conf. 6. num. 11. cum sequen.

Et secundò, quod regula prædicta, ut substitutio

C c 4 regu.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI DE MIGLIANIS

PRO

HÆREDITATE TIBVRTII MIGLIANI

CVM

IOSEPHO etiam MIGLIANO

Casus decisus per Rotam pro Iosepho.

An fideicommissum sit universale comprehendens etiam bona mobilia, & fructus maturatos seu collectos ac extantes de tempore mortis testatoris, Vel potius sit particulare restrictum ad bona stabilia, vel quæ stabilium loco habeantur? Et quatenus sit universale complectens mobilia, & fructus, quænam mobilia restitui debeant, & quomodo fructus non extantes debeant æstimari.

SVMMARIVM.

- 1 F Alti series, Resolutiones causa.
- 2 Substitutio regulanda est ab institutione, ideoque est universalis, & capit omnia.
- 4 Quod per hæredem gravatum restituenda non sunt ea, quæ servando servari non possunt, præsertim triticum.

regulanda veniat ab institutione, & consequenter quod sit universalis eodem modo quo institutio est, adinstar omnium aliarum regularum in ista ultimorum voluntatum materia cadentium, limitationem recipit ex contraria etiam conjecturata voluntate testatoris denotante restrictionem oneris ad sola stabilia, cum tunc ordinatum censeatur fideicommissum particulare, quamvis verba essent generalia & indefinita ex deductis per *Torniol. conf. 51. & 52.*, quem refert & sequitur *Fusar. quast. 624. num. 12.*

6 Distā verò conjecturata voluntas deducebatur ex illa conjectura; quam ego more Advocati, efficacissimam nimiumque concludentem exaggerabam, quod testator; qui jam supponebatur vir nimium prudens ac providus, cum exacto rigore, ac studio particulari præceperat fieri diligens, beneque distinctum inventarium de omnibus stabilibus, ac etiam de censibus, negligendo loqui de mobilibus, frumento, & alijs huiusmodi, unde propterea dicebam nimium vehemens argumentum resultare, quod ad hæc tantum utpotè perpetuæ conservationi congrua substitutionem restringere voluisset, magis enim subiacerent occultationibus, & fraudibus huiusmodi bona mobilia & fructus quam stabilia, quæ de facili latere non possunt. ut advertitur apud *Greg. decis. 169. num. 8. Duran. decis. 387. numer. 21.*, & apud *Dumozet. decis. 828.*, ubi de cautione per gravatum præstanda non procedente quoad stabilita, ideoque debuisset, ut verisimiliter fecisset magis demandare diligentem descriptionem mobilium, quam stabilium, si in animo habuisset ea sub fideicommissio comprehendere.

8 Reflectendo autem ad veritatem, iuste ac probabiles viæ fuerunt resolutiones prædictæ, cum concurrere non viderentur tales conjecturæ vel circumstantiæ, quæ suaderent limitationem dictæ regula super generalitate substitutionis, eodem modo, quo est institutio; Et fortius, quia eidem universalitati aliquæ assistere videbantur conjecturæ, illa præsertim prohibitionis trebellianicæ, omniumque aliarum detractionum cum verbis denotantibus totalitatem pro integræ hereditatis conservatione, ac restitutione, ac etiam in prima decisione ponderatur verbum universale, *omnia*.

9 Neque subsistere videbantur fundamenta superioris recensita; Quatenus enim pertinet ad primum, quicquid dicant dicti Consulentes causæ interveniendo, eodem modo, quo ego huic inserviebam, verior ac probabilior est altera opinio *Alexandri, Alciati & aliorum in eadem l. centurio*, de quibus *Peregr. art. 10. num. 34. latius Mantici de conject. lib. 7. tit. 10. num. 1. Fusar. quast. 624. num. 4. Censal. ad Peregr. art. 49. Rot. apud Peniam dec. 1091.*, ubi in specie de frumento, & apud *Coccin. dec. 409.* & communiter, ut etiam hæc veniant in restitutione.

10 Consideratio autem, quod non sint bona conservabilia, sed intra triennium eorum consumptio præsumatur, operativa est, nè ad easdem species restituendas hæres gravatus compellatur vel admittatur, sed intra obligatio reintegrationis in pretio seu valore, cum hac differentia inter huiusmodi species debitorum, & hæredem gravatum huiusmodi bona in hereditate reperientem, quod in casu debitoris morosi attenditur triennium in eius damnum ac præiudicium, ut scilicet teneatur erga creditorem ad pretium quantiplurimi, intra tamen istum terminum & non ultra ex collect. per *Giurb. dec. 115. Rot. decis. 421. par. 9. rec. ubi concordantes.*

In isto verò casu tempus triennij attendatur pro eius favore, ut scilicet attendatur quod minus,

ac benignè procedatur, etiam se restitutum ultimos triennij menses, & quando ob hoc recollectam pretium solet esse infera, ut in hoc fu per Rotam fuisse practicum liquet ex hoc huius causæ decisione in fine, ex ea probabile est (sicut in dicta decisione non desinit) quod hæres gravatus pendente conditione restituatur catur verus dominus, atque habeat omnino dispositionem, quæ non adverteretur fideicommissum hinc proinde cogendus non est uno vel altero vel serò, ut sibi melius placet dilatare per consequenter in dubio capiendus est intellegendus minus gravet atque servitutum diminuat.

Quod tamen dupliciter temperandum est vertebam, Primò scilicet, ut id procedatur secus autem ubi constat de veritate, & per hoc vendideris, cum perpetuo veritas præsumatur prævaleat, Et secundò nisi hæc benigna ratio seu moderatio suffocata remaneat à fidei ac efficacibus contrarijs præsumptionibus, quæ improbabilem redduntur dictam præsumptionem conservandi frumentum & alios fructus in specie triennij, quod pro iudicis prudentiam respectu usu regionis & qualitate personarum regulandum est, quia nempe de temporibus antecedenti magna fuerit penuria, unde probabile sit, quod frumentum conservatum sit nova recollecta, in qua ubertas speranda quævis & id ego non semel contigit prædictum quod scilicet aliqui ob nimiam avaritiam negantes vendere frumentum de tempore penuriam caro pretio, ob spem majoris penurie, ac tunc tem longè majoris pretij, illud deinde postea flumen coacti sunt, sive dare comedendum stabilibus.

In huiusmodi enim victualibus etiam per conventionem inesse dicitur pretium in specie re uniformem, quam juxta temporum conditionem à publico foro & communi usu habere videtur, de propterea in hac bonorum specie in specie semper adesse dicitur tertium requisitum, quamvis non exprimat, ideoque non inveniuntur ficultates, quæ in aliarum rerum venditione videntur, ubi pretium expressum non est, ex plenè dicitur per *Rot. apud Merlin. decis. 567. & 605. repet. de empt. & vend. & 248. p. 6. rec.*, & habetur in sua materia de empt. & vend.

Quoverò ad alterum fundamentum completæ voluntatis ordinandi fideicommissum particulari, illudque restringendi ad sola stabilia, vel ad stabiliū loco habentur, quæstio remanet facti quàm juris; Non dubitatur enim de limitatione in genere, quando tales concurrant conjecturæ quæ ad huiusmodi voluntatem suadendam aptæ sed punctus est in istarum concursu & efficacia per quo, adinstar omnium aliarum conjecturarum, ut satis frequenter advertitur, non datur & determinata regula, sed totum iudicium pro facti qualitate committitur.

Dicta verò conjectura demandat diligentem descriptionem bonorum stabilium non autem huiusmodi mobilium, videtur quidem considerabilis, quando alia concurrant, cum consueta regula, ut per la qua non profunt &c., sed sola & de per se non datur sufficiens, cum sæpius huiusmodi fideicommissum provisiones circa stabilia fieri soleant ad designandam quandam majorem affectionem, magis tamen enixam voluntatem super eorum conservatione non autem quod exinde resultet limitatio regu-

quam habemus circa fideicommissi universalitatem, ut in proposito fideicommissi particularis resultantis nec ne ab huiusmodi particularibus provisionibus circa aliqua bona, advertitur supra in duobus discursibus proximè precedentibus.

De alijs mobilibus usualibus actum non fuit, cum stante lapsu 17. annorum, præsumantur consumpta ex usu qui hæredi gravato conceditur, quoties non constet de illorum venditione, quo casu intrat obligatio ad pretium, ex deductis per Peregr. art. 10. num. 40. Gregor. & adden. dec. 285. nu. 3. & 4. Rota dec. 530. & 535. par. 5. rec. & frequenter, cum id habeamus in foro quotidianum; Est bene verum, quod à moderno tempore prudenter animadversum est, erroneum esse cum ista generalitate simpliciter procedere, cum admittit illa mobilia, quæ ad aliorum consumptibilium differentiam, solide materie dicimus, in quibus dicta præsumptio non intrat, ut advertitur in Bonon. fideic. de Bolognini 4. Februarij 1654., cum qua passim proceditur; Ideoque materia videtur potius facti quam juris prudentis iudicij arbitrio regulanda juxta huiusmodi bonorum qualitates ac distinctiones, de quibus bene cæteris relatis apud Cyriac. contrav. 16., & occasione usus fructus, quando ipsæ species, vel earum pretium restitui debeat, advertitur sub tit. de servit. ad materiam usus fructus disc. 54.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CORONIS.

P R O

P I O R D I S

C V M

PETRO PAVLO DE ROSIS.

Casus variè decisis per Rotam.

An & quando sub fideicommissio veniant prælegata facta eidem hæredi gravato, seu legata facta alijs effecta caduca, seu cadentia sub caducitate pœnali; Et de differentia inter casum caduci & casum caducitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De eiusdem cause punctis.
- 4 De questione, an prælegata cadant sub fideicommissio.
- 5 Quod ubi adsunt verba restrictiva in alijs non cadant, sed adhuc limitantur ex conjecturis.
- 6 Cadunt ubi legata sunt caduca tanquam non abdicata ab hereditate.
- 7 Legatarius post agnitionem legati habentis onus quod sit personale illud transmittit per mortem naturalem, & civilem.
- 8 De differentia inter casum caduci, & casum caducitatis.

rati.

- 9 *Quid ubi legatarius agnito legato habente annexum onus istud non adimplet, & contravenit.*
- 10 *De differentia quando onus adiciatur per viam modi, vel per viam conditionis.*
- 11 *Quod onus habitationis domus legata per se esse impo- ter modum, ac præcedentem acquisitionem.*
- 12 *De casu alterius controversia, & an legatum fieri possit heredi qui sit unicus.*

D I S C. CXXXI.

Simeon Corona, quatuor habens nepotes ex Anastasio fratre, nempe Melchiorum, Martinum, Paulum, & Franciscum, iure prælegati reliquit primo filio matulo ex eodem Anastasio fratre nascituro quamdam domum cum onere fumentum ipsius testatoris nomen, & quatenus non nasceretur, eam reliquit Francisco ultimo ex dictis jam natis cum eodem onere assumendi & retinendi dictum nomen, ac domum habitandi sub pœna caducitatis ad favorem Melchioris alterius nepotis cui sine pœna caducitatis vel alio substituto idem onus quoque injunctum fuit, aliisque factis legatis & dispositionibus, in fine testamenti, juxta Urbis & Status Ecclesiastici stylum, (oppositum stylo Regni Neapolitani, in quo ante omnia præmittitur institutio hæredis tanquam caput & principium testamenti) hæredes instituit omnes præfatos quatuor nepotes cum reciproco aut respectivè descensivo perpetuo fideicommissio; Cumque alio filio ex dicto Anastasio non nato, legatum apertum esset ad favorem Francisci atque tam ipse, quam Melchior sibi substitutus, prævia donatione omnium bonorum & jurium eis competentium ad favorem dicti Anastasii patris, præsertim ex causa dicti legati & fideicommissi respectivè, Religionem ingressi essent; Hinc Piordij eiusdem Anastasii creditores intenterunt immisionem ex remedio Salviani ad dictam domum, ita de dominio eorum debitoris effectam contra Petrum Paulum de Rosis ultimi fideicommissarii successorem, ac domus possessorem; Et introducta causa in Rota coram Cerro, favorabiles reportarunt resolutiones sub diebus 25. Maii 1657. & 27. Martii 1658. sub intitulatione cause, Romana census seu Salviani, quarum prima est decisis. 236. par. 12. rec. dictaque immisione effectum sortita, præfatus de Rosis in alia instantia coram Taia, cedendo huic puncto, diversum assumpsit iudicium petitorij super declaratione, quod domus prædicta caderet sub fideicommissio universalis, stante caducitate legati ob non adimpletas condiciones tam à Francisco primo legatario, quam à Melchiore sibi substituto circa assumptionem nominis ac habitationem domus, datoque dubio, An constaret de fideicommissio super domo, illoque proposito sub die 23. Februarii 1660. negativa prodit resolutio; Incertum verò est, quid exinde sequutum sit in causa, cum defectis Piordis, eorumque bonis ac juribus transeuntibus ad quemdam locum pium habentem proprios Advocatos & causam Patronum causa mutaverit defensores.

In huiusmodi disputationibus, de duobus actum fuit, præsertim verò ad hanc rem fideicommissariam; Primò actum fuit de articulo, An istud prælegatum, præsupposita eius subsistentia & delatione, caderet sub fideicommissio universalis; & secundo, an posita negativa, jam firmata in primis decisionibus coram Cerro, adhuc tamen sub eodem fideicommissio caderet ratione caducitatis ob non adimpletas condiciones. Quatenus pertinet ad primum, quidquid sit de questione in abstracto, an & quando prælegata veniant